



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Casimirus Princeps. Devotio erga Mariam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. CASIMIRUS PRINCEPS.

*Devotio erga Mariam.*

Deus, qui; inter regales delicias & mundi illecebras, S. CASIMIRUM purissimæ Matris tuæ cultorem eximium, virtute constantiæ roborasti; fac quæsumus ut eâdem adjuvante, fideles tui terrena despiciant, & ad cælestia semper aspirent. *Ora pro regno Polonia,*



Casimiri III & Elisabethæ Austriacæ  
 Poloniæ Regum secundo genitus CASI-  
 MIRVS, an. 1458 natus, à Joanne Longino  
 litteris ac moribus egregie instructus, inter  
 iulæ delicias sanctissimam vitam, simul &  
 pœnitentiis asperam, instituit. Deiparæ sum-  
 amator eximius; & fidei zelo ardenti im-  
 pulsus, Ruthenico schismati exterminando  
 incubuit. Regem ipsum an. 1471 elegit Hun-  
 garia: sed regnum terrenum suscepturo om-  
 nia infeliciter cadere sivit Deus, ut cælestis  
 maturaret. Ad hoc cum lenta tabe deduce-  
 retur, vitæ longioris spem faciebant medici,  
 ex conjugali usu: sed maluit virginitatem in-  
 ferre tumulo, quem anno 1484 nactus est  
 Vilnæ in Lithuania. Sanctitatem defuncti  
 multa probaveremiracula: quæ cum vitæ  
 historia, an. 1520, Canonizationem à Leo-  
 ne X celebratam prægresso, scripsit Zacha-  
 rias Ferrerius, Gardiensis Episcopus. Cor-  
 pus an. 1604 integrum adhuc repertum est  
 cum eo quem Deiparæ panxerat, & quoti-  
 die recitabat Hymno, *Omni die. Mariana*  
*juvenum Sodalitas Mechliniæ, 1692, præ-*  
*claram Reliquiam impetravit.*

*Ego Mater pulchra dilectionis: qui eluci-*  
*dant me vitam æternam habebunt. Ecli. 24.*